

Limites inter Modlibodricze et Parkanie, per iudicium terrestre Cuiaviense approbantur.

48

Nos Andreas de Lubraniecz iudex, nec non Andreas de Bisseszic subiudex terræ Cuiaviae generales, significamus presentibus et futuris quibus expedit universis, quomodo magnifici ac nobiles viri domini, Petrus Safraniecz succamerarius Cracoviensis, Joannes de Niewiesz prepositus Crusviciensis, Florianus castellanus Wislicensis, Bloch dapifer Dobrinenus, de anno millesimo quadringentesimo vicesimo, feria sexta infra octavas festi Pentecostes iudicio regali in Gambiere presidentes, causam que inter reverendum in Christo patrem dominum Joannem Dei gratia episcopum Wladislaviensem ab una, nec non nobilem Modlibogum de Modlibozicze parte ab altera, pro limitationibus granicium inter hereditates has, videlicet Parkanie predicti domini episcopi, et Modlibozicze Modlibogii predicti, nobis literatorie descriperunt, quomodo dominum episcopum predictum circa literas iudicis, seu iudicium Wladislaviensis coram ipsis ibidem presentatas perpetue remanserunt, et remanent per presentes, nobis hoc ipsum per literas ipsorum plenius protestantes. Satenus nos audita ac visa huiusmodi causæ per dominos superscriptos diffinitione et deivisione, et predictis literis coram dominis superscriptis sic presentatis, robur perpetue firmitatis adiudicavimus, et ipsas confirmavimus perpetuis temporibus duraturas. Si autem

Modli

Modlibogio predicto aliqua iniuria à domino episcopo:
po super antiquis graniciis videbitur, eadunc ipse
Modlibogius cum domino episcopo predicto iure ter:
restri secure poterit procedere pro eisdem, harum
quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio li:
terarum. Actum et datum presentibus iis testibus
quibus supra.